

ut Claudius Minos refert, prima meretriciam artem in Cypro instituit, unde vulgo amoris Dea habita, & pro coitu seu libidine ponitur.

CAPUT IV.

METONYMIA MATERIÆ

est, cum materia ponitur pro materiato (re ex materia confecta) ut: æs, pro æneis nummis. Corium, pro calceo. Ferrum, pro gladio.

Cum materia significat rem, quæ ex materia est confecta, vel quando verbum proprie materiam aliquam significans, ad rem materiata[m] significandam transfertur. Metonymia materia dicitur. Sic ferrum & æs sunt materia ferreorum & æneorum armorum. Arma vero ænea & ferrea sunt effectum materiaturum. Quandocunque ergo ferrum & æs ponitur, & intelliguntur nihilominus arma ferrea & ænea, Metonym. materia dicitur.

Exempla promiscua alia.

Gen. 3. v. 15. Semen mulieris conteret caput serpentis, id est, filius e semine mulieris nasciturus.

Gen. 19. v. 8. Ingressi sunt sub umbra tigni mei, id est, tabulati ex tigno facti.

Ibid. v. 19. Terra es, & in terram reverteris, id est, ex terra factus es.

Abac. 3. v. 7. Trepidabunt pelles terræ Median, id est, tabernacula ex pellibus facta.

Psal. 18. v. 5. Faciens misericordiam semini David usque in sempiternum, id est, posteris ex semine Davidis oriundis.

Psal. 35. v. 25. Non videt justum derelictum, nec semen eius querens panem, id est, posteros.

Ibid. v. 28. Semen impiorum peribit.

Psal. 45. v. 10. Astitit regina a dextris tuis in auro Ophir, id est, in auratis vestibus & ornamentis aureis.

Psal. 68. v. 31. Increpa feram arundinis conculcantem propter beneplacitum argenti, id est, pecunia.

Psal. 115. v. 4. Idola gentium sunt argentum & aurum, id est, ex auro & argento fabrefacta.

Matth.

Matth. 10. v. 9.

Cic. de Legib.

Cicer. Verr. 6.

Plautus in Amph.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Virg. Æneid. 4.

Matth. 10. v. 9. *Non habebitis aurum neque argentum in
zonis vestris.*

Cic. de Legib. *Æs & ferrum duelli insignia sunt; i. e. arma.*

Cicer. Verr. 6. *Cum essent triclinia strata, argumentumque
expositum in ædibus, id est, argentea supellex.*

Plautus in Amphitruone Act. 1. Scen. 1. *Quo ambulas tu,
qui Vulcanum in cornu conclusus geris? cornu sumitur pro la-
terna cornea. Vulcanus pro Metonym. causæ efficientis, pro
igne seu candela.*

Virg. Æneid. 4. *Quin morere, ut merita es, ferroque averte
dolorem, id est, gladio.*

Æneid. 8. *Labitur uncta vadis abies, id est, navis ex abietibus
fabrefacta.*

Eclog. 1. *Sylvestrem tenui Musam meditaris avena, id est,
fistula ex avenæ culmo facta.*

Ibid. *Ludere quæ vellem calamo permisit agresti, i. e. fistula
ex calamo.*

Ibid. *Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat,
pro ærea moneta & per Synecdoch. speciei pro omni pecunia.*

Eclog. 6. *Agrestem tenui meditabor arundine Musam.*

Eclog. 8. *Limus ut hic durefcit, & hæc ut cera liquefcit, pro
lutea statua ex limo facta.*

Eclog. 10. *Jam mihi per rupes videor lucosque sonanteis*

Ire: liber Partho torquere Cydonia cornu,

Spicula: pro arcu corneo.

Horat. Epist. lib. 1. Epist. 2.

Non domus & fundus non ævis acervus & auris

Ægroto Domini deduxit corpore febres.

Mantuan lib. 2. Parthenic. — *Quod ipsi*

Fecimus, hoc patimur, patres ut amavimus ipsi,

Sic nostrum nos semen amat.

CAPUT V.

METONYMIA EFFECTI

est, cum effectum ponitur pro causa, ut: *Spes
obscura dicitur, quia obscuros efficit. Expectatio
cæca, quia cæcos expectantes reddit. Senectus tristis.*